



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs  
Perutilis**

**Gilbertus < Tornacensis >**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

**Cap. XVII.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

40 DE OFF. EPISC.

annuncianerunt, & promiserunt  
Deut. 18. Christum esse venturum. Prophetam, inquit, Moyses, suscitabit vobis Deus de fratribus vestris. Et Esaias: Ecce virgo concipiet & pariet, &c.

Esa. 7.

De confes-  
sione &  
thurifica-  
tione Al-  
taris.

Psal. 42.

Prou. 8.

Luc. 18.

Apoc. 8.

**P**raueniens Episcopus ad altare antequam officium incipiat, ut dignè introeat hunc psalmum enunciat: Iudicame Deus, &c. confessio faciens peccatorum: quia iustus in principio accusator est sui: percutiens pectus suum: ubi tria concurrunt. Ictus, ut cordis significetur contritio: socius, ut oris confessio: tactus, ut operis satisfactio. Sic enim Publicanus percutiebat pectus suum dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Deinde thus imponit thuribulo significans Christum, qui orationes nostro inspirat animo. Unde & in Apoc. designatur

CAP. XVII.

# TRACTAT.

41

tur sub figura Angeli, qui stetit ante altare habens thuribulum aureum, quod impletum est igne altaris; quia corda munda Christus implet deuotione & fervore orationis. Tunc accedens Episcopus osculatur altare, significans quod Christus sibi copulauit Ecclesiam ex amore. Unde in Canticis: Osculetur me osculo oris sui. Deinde osculatur Episcopus Diaconum: signans pacem aduenisse, quam promiserant Prophetæ ante Christi aduentum. Unde scriptum est: Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Inclinans se diaconus osculatur pectus Episcopi, significans quod inspiratione diuina de pace iam dicta sancti Prophetæ domini sunt loquunti. Unde Ioannes supra pectus domini recumbens, fluenta Euangeli de sacro domini pectoris fonte potauit. Deinde Episcopus sacram incensat

C Altare:

42 DE OFF. EPISC.

Num. 16

Altare. Unde in lege scriptum est,  
& dictum est ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de Altari  
mitte incensum desuper. Per hanc  
autem thurificationem significatio-  
nis demoniacæ prauitatis expul-  
sionem. Unde & fumū thuris qui-  
dam aestimant valere ad Dæmones  
effugendos, assumentes protestimo-  
nio, quod scribitur in Thobia: Cor-  
dis eius particulam si super carbo-  
nes ponas, fumus eius extricat om-  
ne genus dæmoniorum.

Thob. 6.

Sequitur  
introitus  
Missæ.

Gen. 28.

CAP. XVIII.

**S**TANTE Episcopo ad altare cho-  
rus incipit officium, premitte-  
antiphonam quandam, quam ap-  
pellant Missæ introitum, sumptam  
in consecratione Ecclesiæ de Gene-  
si. Vedit in Spiritu prophetico exci-  
tatus Iacob quasi de graui somno,  
ait, Terribilis est locus iste; reueren-  
tia annuncians, que debetur ecclæ-  
sia.